Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Anthonio

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

solo extraxisset felix ab angelo ad eum
mittitur et cum nil cibi haberet deserente pro-
xima vidit pendentem racemum quem com-
minuens in os eius expressit. Humeris ipso
suum locum detulit. Ipso quoque defuncto felix
in episcopum eligitur. Cum autem predicaret et perse-
cutores eum quererent inter parietes dirutos
per modicum aditum se occultavit. Statim
quoque nutu dei paradiculum aranee telas ante
texerunt. quas dum persecutores conspi-
cerent nullum illuc esse putantes ab-
scesserunt. Inde ad alium locum pergens a
quadam vidua per tres menses alitus fuit
nunquam tamen faciem eius vidit. Tandem pa-
ce reddita ad ecclesiam suam rediit et in pace
quievit. Sepultus autem in loco qui dicitur in Pin-
cis. Huic etiam alter erat frater qui felix
similiter dicebatur. Cumque et ipse adorare
ydola cogeretur dixit. Inimici estis deorum
vestrorum quia si me ad illos duxeritis ego eos
sicut fratrem meum exsufflabo et corruent.
Solebat autem sanctus excolere. quidam vero eius
olera cupientes rapere dum furari se sic
cogitabant tota nocte diligenter
excolebant. Mane autem ab eo salutati pec-
catum confitentes ad propria redierunt. Veni-
entes autem gentiles ut eum tenerent ma-
nus eorum dolor nimius apprehendit. Quem cum
ululantes dixit eis. Dicite christus est deus et
dolor continuo vos dimittet. Quibus
dicentibus sanati sunt. Pontifex ydolorum
ad eum venit dicens. Domine mox deus me-
us ut te venientem vidit continuo fugam
arripuit. Cui cum diceret quare fugam arri-
puisset virtutem felicis ferre non possum. Si
ergo deus meus ita te timet quanto magis ego
timere debeo. Quem cum felix in fide instru-
xisset baptizari se fecit. Cumque adoranti-
bus apollinem felix diceret. Si verus deus est
apollo dicat mihi quid est quod in manu nunc habeo

sub papiro. Habebat autem in manu eius cedulam
in qua oratio dominica erat scripta. Quo nichil respon-
dente gentiles plurimi conversi sunt. Tan-
dem missa celebrata et populo data pace
in pavimento in oratione se prosternens migravit
ad dominum. De nomine

Marcellus dicitur quasi arcens malum aut
Marcellus quasi non percellens id est non
... adulteratas percutiens vel mar...

Marcellus De sancto marcello cum
Rome summus pontifex esset et
Maximianum imperatorem de nimia in
christianos sevicia increparet et in quadam
domo cuiusdam matrone in ecclesia consecrata
missam ageret. Iratus imperator domum
illam fecit stabulum iumentorum et eundem mar-
cellum in custodia ad serviendum iumentis de-
putavit. In quo servicio per multos annos in
domino requievit. Circa annos domini CC.lxxx-
vii. De sancto anthonio

Anthonius dicitur ab ana quod est sursum et
tenens quasi superna tenens et mundum
despiciens. Cuius vitam Athanasius scripsit. De vita

Anthonius cum xx esset annorum et audi-
visset legi in ecclesia. Si vis perfectus esse vade
et vende omnia que habes et da pauperibus. Omnia sua vendens pau-
peribus erogavit et heremiticam vitam duxit.
Hic innumerabilia demonum temptamenta
sustinuit. Cum quadam vice dum spiritum for-
nicationis virtute dei superasset dyabolus in specie
pueri prorumpens ante eum prostratus appa-
ruit et se ab eo victum confessus est. Nam et hoc
precibus impetravit ut videret fornicationis de-
monem iuvenibus insidiantem. Quem cum in specie
deformi vidisset dixit. Vilissima specie mihi
apparuisti ergo iam non timebo. Alia vi-
ce dum in quodam tumulo lateret multitu-
do demonum eum adeo laceravit quod minister
eum quasi mortuum super humeros asporta-
vit. Cumque omnes qui convenerant eum mor-

tum plorasset. demonibus cunctis sibi-
to anthonius reuiuiscit. et ministro se
iterum ad pristinum tumulum portari fecit.
Qui cum ibi ex dolore uulnerum prostratus
iaceret. excitante animo ad conflictum demones
excitabat. Tunc illi in formis ferarum apparuerunt.
et eum iterum atque iterum cornibus et dentibus et
unguibus crudelissime lacerarunt. Tunc
subito splendor mirabilis ibi apparuit. et
demones cunctos fugauit. Anthonius con-
tinuo sanatus est. ibique xpm adesse intelli-
gens ait: Ubi eras bone ihesu? ubi eras? Quare
a principio non fuisti ut me adiuuares
et uulnera mea sanares? Cui dominus: Anthoni.
hic eram. sed expectabam uidere certamen tuum.
Nunc autem quia uiriliter dimicasti. in toto
orbe te faciam nominari. ¶ Tanti autem fer-
uoris erat quod cum maximianus imperator
christianos occideret ipse martires sequebatur
ut cum eis martirio mereretur. et uehementer
contristabatur eo quod sibi martirium non dabatur.
Cum autem in alterum heremum pergeret argen-
teum discum reperit. et intra se sic dixit: Unde
uenit hic argenteus discus? ubi hominum uesti-
gia nulla uidentur. Si a uiatore cecidisset.
utique pro sui magnitudine latere
non potuisset. Hoc dyaboli artificium tuum est. uolun-
tatem tamen meam numquam poteris immutare. et hec
dicens ut fumus euanuit. ¶ Post-
hec autem ingentem massam reperit ueri
auri. sed ut incendium aurum fugit. Sicque
ad montem fugiens. xx annis ibi permansit
innumeris choruscans miraculis. ¶ Qua-
dam uice dum in spiritu raptus esset. totum mun-
dum laqueis se inuicem connectentibus ple-
num uidit. Qui exclamans ait: O quis istos
euadet? Et audiuit: humilitas. ¶ Aliquan-
do dum ab angelis leuaretur in aere. affuerunt de-
mones. et ei transitum prohibent peccata eius
ab exordio natiuitatis obicientes. Quibus

angeli: Non debetis illa narrare que christi
iam pietate deleta. Si qua autem scitis
ex quo factus est. Et cum in pluribus deficerent.
liber anthonius in sublime tollitur et liber de-
ponitur. ¶ Narrauit anthonius de se di-
cens. Vidi aliquando dyabolum celsum corpore
qui se dei uirtutem et dei sapientiam audens est
nominare ait: Quid uis ut tibi dem
anthoni? Et ego sputa in os eius congeminans.
totum me in eum christi nomine armatus ingressus.
et statim euanuit. ¶ Huic in dyabolus aliquando
in tanta proceritate apparuit quod celum capite
tangere uidetur. Quem cum anthonius interro-
gasset quis esset. et ipse sathanam se diceret.
addidit sathanas: Cur me sic impugnant
monachi et maledicunt christiani? Cui antho-
nius: Iuste hoc faciunt quia tuis sepe insidi-
is molestantur. Et ille: Ego eos nequaquam mo-
lesto. sed ipsi inuicem se conturbant. Ego enim ad ni-
chilum sum redactus quia iam in cunctis par-
tibus mundi regnat christus. ¶ Quidam sagit-
tarius beatum anthonium gaudentem cum fratribus
quadam uice conspexit. et ei displicuit. Cui
anthonius: Pone sagittam in arcum tuum et tra-
he. Et ille fecit. Cumque secundo et tertio hoc
mandasset dixit sagittarius: Tunc tan-
be potero quod de eius tentione deleo. Et an-
thonius: Sic est in opere dei. quod si supra modum ten-
deremus citius frangeremur. Expedit
ergo rigorem aliquando relaxari. Quod audiens
ille edificatus recessit. ¶ Interrogauit
quidam anthonium dicens: Quid custodiens
placebo deo? Et respondens dixit: Quocumque
uadis deum semper pre oculis habeas. et in hiis
que agis testimonium sacrarum scripturarum adhibeas.
In quocumque loco sederis non cito recedas.
Hec tria custodi et saluus eris. ¶ Abbas
quidam interrogauit anthonium dicens: Quid
faciam? Cui anthonius: Noli confidere in tua iu-
sticia. uentris et lingue sis continentia

et ne peniteatis de rebus cum aliis.
Dixit Antonius: Sicut pisces qui in sicco tar-
daverint moriuntur, ita et monachi extra cel-
lam tardantes aut cum viris secularibus in-
morantes a quietis proposito resolvuntur.
Qui sedet in solitudine et quiescit, a tri-
bus bellis eripitur, id est auditus, locutionis et vi-
sus, et contra unum tantum pugnam ha-
bebit, scilicet cordis. Quidam fratres cum quodam
sene ad abbatem Anthonium visitandum
venerunt. Dixitque Anthonius fratribus: Bo-
num comitem habuistis senem hunc. Dein-
de dixit seni: Bonos fratres invenisti tecum, ab-
bas. Cui ille: Bonos quidem invenio, sed ha-
bitaculum eorum non habet ianuam. Quicumque intrat
stabulum, solvit asinum. Hoc autem dicebat,
quoniam quecumque erant in corde eorum statim eructa-
bant ore. Dixit abbas Anthonius: Sciatis
quod tres sunt motus corporales: unus
quidem naturalis, alius ex ciborum plenitudine, tertius
ex demone. Fuit quidam qui renuntiaverat
seculo, sed non plene, quia quedam adhuc sibi reti-
nebat. Cui Anthonius: Vade et eme
carnes. Qui vadens emit carnes et portans eas
nudus (?) ... cum autem iret, venerunt
canes et laceraverunt eum. Cui Anthonius: Qui
renuntiat seculo et vult habere pecunias,
ita impugnatus a demonibus disrumpitur.
Anthonius dum in heremo tedio afficeretur,
dixit: Domine, volo salvus fieri et non permittunt
me cogitationes mee. Et surgens exivit
foras et vidit quendam sedentem et operan-
tem, deinde surgentem et orantem. Erat autem angelus
domini, dixitque ei: Sic fac et salvus eris.
Cum quidam monachi fratres de statu animarum que-
rerent, sequenti nocte vox vocavit eum
dicens: Surge et exi et vide. Et ecce videt
quendam longum et terribilem caput usque ad nu-
bes tollentem, et quosdam pennatos ad celum
volare cupientes extensis manibus
prohibebat, et alios pervolantes libere tran-
sire non poterat. Et maximum gaudium simul
cum nimio dolore audiebat. Et intelligens ani-
marum ascensum esse et dyabolum prohibentem quosdam
obnoxios retinuit et de sanctorum volatu quos
sic retinere non posset dolere. Aliquando dum
cum fratribus operaretur, suspiciens celum tristem
visionem vidit, et prostratus ante deum rogavit
ut scelus adveniens futurum. Fratribus vero sup-
er hoc interrogantibus cum lacrimis et singulti-
bus dixit quod inauditum scelus seculis imminet.
Vidi enim altare dei a multitudine equorum
circumdatum qui calcibus omnia disturbabant. Magno
turbine fides catholica subvertetur
et homines iumentis similes et sancta diripi-
ent. Tunc ecce vox domini dicens: Abhominabile erit
altare meum. Post duos annos ceperunt
Arriani ecclesie unitatem scindere,
baptisterium et ecclesias polluunt et super alta-
ria christianos instar ovium mactaverunt.
Dux quidam Egypti Arrianus nomine
Balachius cum ecclesiam dei infestaret et vir-
gines et monachos nudatos publice
verberaret, sic ei scripsit Anthonius: Video
iram dei super te venientem. Iam desine
persequi christianos, ne ira dei occupet te, que pro-
ximum tibi minatur interitum. Infelix epistolam
legit, risit et in eam expuens ... ad terram proie-
cit ac portatores verberibus multis afficiens
Anthonio talia remandavit: Quoniam tu
tantam curam de monachis agere, ad te quoque perve-
niet nostra disciplina rigoris. Post v autem
dies equum suum mansuetissimum ascendens
morsu ipsius equi ad terram prostratus crudeliter
laceratis cruribus infra triduum expi-
ravit. Cum quidam fratres verbum salutis ab
Anthonio quesissent, ille ait: Audis-
tis dominum dicentem: Si quis te percusserit in
unam maxillam, prebe ei et alteram. Dixerunt
ei: Hoc implere non possumus. Et ille: Saltem

de vita precesserit fecit. Et alius: tu vero his pos-
sessionum. Cui Antonius: Vade ut velis
perdit magis quam parat. Et alius: tu vero etiam posse-
nius. Tunc Antonius dixit discipulis suis: Si-
cut pisces tribus vivunt quam vivunt deliciati sunt
sola oratio nata est vobis. Si vitas priorum le-
gite. Tandem Antonius cum cv. anno vite
sue fratres deosculatus in pace quievit. Circa
annum domini ccc. xl. **De sancto Fabiano.** Dicitur

Fabianus quasi fabricans beatitudinem
supernam, id est eam sibi acquirens triplici iu-
re, videlicet iure adoptionis, emptionis
et debellationis. Sicut ait ap[ostolus]. Imperatore
Philippo volente intrare et participare vigi-
liis et communicare misteriis, restitit usque quo usque
peccata confiteretur et inter penitentes staret, intra-
re permisit. Passus est autem anno domini cc.-
liii. Vir fidelis iure et devotionis, emptionis
et debellationis. Fabianus civis Roma-
nus fuit, et cum papa defuncto pro papa alio eli-
gendo convenissent, inter eos et ipse venit
scire rei exitum volens, et columba can-
dida descendit super caput eius. Quem cum viderent
mirantes, a bel in papam eligunt. Hic ut
ait Damascenus papa per omnes regiones
vii. dyacones misit et eisdem vii. subdyacones tradidit, qui omnium gesta martirum
collegerunt. Tandem pontificatus sui anno
xiii. iussu Decii capitis obtruncatione
martirio coronatus. **De sancto Sebastiano**

Sebastianus dicitur a sequens et beatitu-
do et astin quod est civitas et ana quod
est sursum, quasi sequens beatitudinem superne civi-
tatis, hic est possidens et acquirens. Et hic quin-
tuplici denario, sicut dicit Augustinus, scilicet paupertate premium
vel regnum, dolore gaudium, labore
requiem, ignominia gloriam, morte vitam.
Vel dicitur Sebastianus a basto. Nam miles est
eques, bastum sive sella. Sebastianus
quo mediante Christo tecte militavit. Et de-
nitas martiribus victoriam obtinuit. Vel Se-
bastianus, id est circumvallatus vel circuitus. Val-
latus ex sagittis tamquam ericius fuit, circuitus,
circuivit ex omnibus martires confortabat et omnes con-
fortabat. **De nomine**

Sebastianus vir christianissimus, Nar-
bonensis genere et Mediolanensis civis. Dyo-
cletiano et Maximiano imperatoribus adeo
carus fuit ut principatum prime cohortis ei
traderent et suo aspectu iuberent semper astare.
Hic militaris clamide ad hoc tantum utebatur
ut christianorum animas quas in tormentis videbat de-
ficere confortaret. Dum autem preclarissimi vi-
ri Marcellianus et Marcus gemini fratres
pro fide Christi decollari deberent, ad eos parentes
advenerunt ut ipsorum animos a suo proposi-
to revocarent. Adveniens quoque mater et soluto
capite scissisque vestibus, ubera sua pro-
ferens aiebat: O dulces filii, circumdat me inau-
dita miseria et intollerabilis luctus. Heu me mi-
seram, amitto filios meos et ad mortem ultro
tenditis. Quos si hostes michi auferrent, per medi-
a sequerer bella raptores. Si violenta
iudicia concluderent, carcerem irrumperem
moritura. Novum pereundi genus est, in quo car-
nifex rogatur ut feriat, vita optatur
ut pereat, mors invitatur ut veniat. Novus
hic luctus, nova miseria, in qua natorum iuventus
sponte amittitur et perditum miseranda cogi-
tur senectus ut vivat. Hec dicente matre
pater servorum manibus adducitur suorum, et ca-
pite asperso pulvere huiusmodi voces da-
bat ad celum: Ad mortem ultro filios meos
videntur advenit (?), ut que mee sepulture parave-
ram filiorum sepeliam infelix expendam.
O filii mei, baculum senectutis et gemi-
num mearum viscerum lumen, cur sic mortem
diligitis? Venite huc iuvenes et flete
super iuvenes sponte pereuntes. Venite
huc senes et mecum super filios plangi-